



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

L[e]c[ti]o. iij

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

quod nature quia benedictio etiam ipsa natura mutatur. In virga tenebat moyses plecit eam et facta est serpens. Rursus apprehendit caudam serpentis: et in virga naturam reuertit. Videtur ergo prophetica gratia bis mutatam naturam esse et serpentis et virge. Tu autem domine.
Cetera ut in die sancto. In octava eucharistie oratione in festo principali excepto. R. in primis quod pretermittit. In ecclesia. Maguntina dicit. R. Non quod.
Panis in altari. **Lectione. I.** vsitatus ante verba sacramentorum ubi accessit consideratio de pane fit caro christi. Quo autem potest quod panis est esse corpus christi. Consecratio autem ex quibus et cuius sermonibus est domini iesu. Nam per reliqua omnia que dicuntur laus deo offertur. Tu autem. **Lectione secunda.**
Orationes premitur pro populo pro regibus et pro ceteris. Ubi autem sacramentum conficitur iam non suis sermonibus sacerdos sed videtur sermonibus christi. Ergo sermo christi hoc est sacramentum. Tu. **Lectione. iii.**
Quis sermo christi. Hic nepe quod sancta sunt omnia celum terra mare. Videtur ergo quod operarius sit sermo christi. Si ergo tanta vis est in sermone domini nostri iesu christi ut inciperet esse quod non erat quanto magis operari

est ut sint que erant: et in aliud conuertantur. Tu autem. **Et sic quod erat panis. Lectione. iii.** nis ante consecrationem: ita corpus christi post consecrationem est: quod sermo christi creaturam mutat: et sic ex pane corpus fit christi. Et vinum cum aqua in calice mixtum fit sanguis consecratione verbi celestis. Tu. **Sed forte dicitis. Lectione. quia.** Speciem sanguinis non video sed habet similitudinem. Sicut enim mortis similitudinem accepisti: ita etiam christi similitudinem sanguinis bibis: ut nullus horroz cruoris sit et precium tam redemptoris operis. Tu autem domine. **Lectione. sexta.**
Officium autem sacrificium ecclesie duobus sacro et re sacri id est corpore christi. Caro eius est quam forma panis operata in sacramento accipimus: et sanguis eius quem sub vini specie et sapore potamus. Tu autem. **Cetera sicut in die sancto. Fe. vi. p. octa.** corporis christi si non occurrit commemoratio alie sancti legit euangelium dominicale: si infra octavam non est lectum. Si vero infra octavam lectum quod fieri potest quauis uenientibus huc differat si festa sanctorum non impediunt tunc legitur li. regum cum cantu dicitur. Deus omnium. ut infra. La. et col. de omnia preterita. Sup. bnd. et Mag. an. de euangelio. Cetera omnia de feria